



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectae

Sandini, Antonio

Bambergae, 1753

LXXIII. Severinus. Anno Christi 640. Heraclii Imperatoris 31.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65446](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65446)

sunt, id est, Theodorus Pharanitanus, Cyrus
Alexandrinus, Sergius, Pyrrhus, Paulus,
Petrus Constantinopolitani cum Hono-
rio, qui flamam heretici dogmatis
non, ut decuit Apostolicam auctoritatem,
incipientem extinxit, sed negligendo con-
favit. Qui plura desiderat, adeat Joa-
n Baptistam Tamagninum in Monothelita-
rum Historia atque Honorii controversia,
Petavium Theologicorum Dogmatum tom.
4. lib. 1. cap. 21. Garnerium Dissertat. 2.
ad Librum Diurnum Romanorum Ponti-
ficum §. 6. Nat. Alexandrum dissertat. 2.
Sæc. VII. & alios, in quorum discepta-
tionibus Honorius jactatur. Vide annotat.
2. ad Joannem IV.

LXXIII.

SEVERINUS.

ANNO CHRISTI 640.
HERACLII IMPERATORIS 31.

SEVERINUS Abieni filius, Ro-
manus, an. 640. V. Kal. Junii 638. §. 3.
Pontifex consecratus est. Tam diu- Bar. an.
turnum interregnum propterea fuit, 639. §.
quia Heraclius Severini electionem 2. 3. Pag.
tarum habere recusavit, donec ille §. 3. 4.
Ethesim ab se promulgatam, & ad
Macion Exarchum transmissam ap-
pro.

probaret. (1) Legati, qui pro Se-
verino Româ Constantinopolim missi
fuerant, cùm didicissent ab Clero
Constantinopolitano, non aliter exi-
tum rei imponi posse, quàm si pro-
misissent, se effecturos, ut Pontifex
Ecthesi subscriberet, id simulatè pol-
liciti sunt. Tali modo impetrarunt
approbationem electionis Severini,
quam petebant. Tantum verò ab-
fuit, ut Pontifex reciperet edictum
favens hæresi Monothelitarum, ut
etiam anathemate damnaret. (2)
Quare sive Heraclii impulsu, ut in-
juriam sibi illatam ulcisceretur, sive
ministrorum ejus malitiâ factum est,
ut Lateranensis Ecclesiæ thesaurus ad
eam diem sanctissimus ab Isacio Ex-
archo & Mauricio Chartulario diripe-
retur. Exinde Severinus ab Hera-
clii ministris vexatus haud diu super-
stes fuit. Nam anno eodem 640.
Kal. Augusti interiit post mensem se-
cundum, & diem quartum, quàm ad
Pontificatum evectus fuerat.

ANNOTATIONES.

(1) Petavius tom. 4. Theolog. Dogmat.
lib. 1. De Incarnatione cap. 19. §. 5. He-
raclini

raclius Imperator, auctore Sergio, Fidei
Ethesim; id est expositionem, promulga-
vit Indictione XII. hoc est, anno Chri-
sti 639. quā unicam Christi operatio-
nem & voluntatem asseveravit qui-
dem, sed quasi aliud agendo: cūm
discretè ac palam constitueret, ne quis
tam unam, quam duas operationes &
voluntates nominaret in Christo. Ethesis
exstat Secretario 3. Concilii Lateranensis
celebrati à Martino I. apud Labbeum tom.
6. Conc. pag: 195. & apud Baronium ad
an. 639. §. 8.

(2) Docet id S. Martinus Pontifex in
Concilio Lateranensi apud Labbeum tom.
6. Conc. pag. 210.

LXXIV.

JOANNES IV.
ANNO CHRISTI 640.
HERACLI IMPERATORIS 31.

JOANNES IV. Vetantii Schola-
stici filius, Dalmata, anno 640. Pag. an.
pridie diem Natalem Christi Domini 639. §.
consecratus est. Antequam conse-
craetur, datæ ab Episcopis & Pres-
byteris Scotiæ ad Severinum deces-
sorem suum, sibique redditæ episto-
læ respondens damnavit quosdam
illius provinciæ incolas, Pascha ce-
lebran-